

De fortitudine & velocitate. CAP. XX.

Corpore vesco, sed eximijs viribus Tritanum, in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrē, filiumq; eius militē Magni Pōpeij, & rectos et trāsversos cancellatim toto corpore habuisse nervos, in brachijs etiā manibusq;, autor est Varro in prodigiosa viriū relatione. Atq; etiā hostē ab eo ex pronocatione dimicātē, inermi dextra vno digito superatū, & postremo correptū in castra translātū. A. Iunius Valēs meruit in pretorio diui Augusti cēturio, vehicula cū culeis onusta donec exinanirētur, sustinere solitus: carpenta cōprehensa vna manu retinere, obnixus cōtra nitentibus iumētis: & alia mirifica facere, quae insculpta monumēto eius spectantur. Ideo M. Varro, Rusticellus, inquit, Hercules appellatus, mulū suū tollebat. Fusius Saluius duo cētenaria pondera pedibus, totidē manibus, & ducenaria duo humeris cōtra scālas ferebat. Nos quoq; vidimus Athanatū noīe, prodigiosa ostētationis, quingenario thorace plūbeo indutum, cothurnisq; quingentorū pondo calciatū per scenam ingredi. Crotomiatā Milonē athletā, cū cōstitisset, nemo vestigio educebat: malū tenenti nemo digitū corrigebat. Cucurrisse M. clx. stadia, ab Athenis Lacedaemonem, biduo Philippidē, magnum erat: donec Anistis cū for Lacedaemonius, & Philonides Alexandri Magni, à Cicyone Elin, vno die M. cc. stad. cucurrerunt. Nunc quidē in circo quosdam clx. pass. tolerare nō ignoramus. Nuperq; Fōteio & Vipsanio COSS. annos ix. genitū puerum à meridie ad vesperū lxxv. M. pass. cucurrisse. Cuius rei admiratio ita demum solida perueniet, si quis cogitet nocte ac die longissimū iter vehiculis tribus Tiberium Neronem emensum, festinantem ad Drusum fratrem egrotantem in Germania: in eo fuerunt cc. M. passuum.

De visu. CAP. XXI.

Oculorum acies vel maxime fidē excedentia inuenit exēpla. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in mēbrana scriptū tradidit Cicero. Idē fuisse qui peruideret cxxxv. M. pas. Huic et nomē M. Varro tradidit, Strabonē vocatū. Solitum autē Punico bello, à Lilybæo Siciliae promōtorio, exeūte classe Carthaginis portu, etiā numerum nauium dicere. Callicrates ex ebore formicas, & alia tā parua fecit animalia, vt partes earū à ceteris cerni nō possent. Myrmecides quidā in eodē genere inclaruit, à quo quadrigam ex eadem materia quam musca integeret alis fabricatā, & nauem, quam apicula pinnis absconderet.

De auditu. CAP. XXII.

Auditus vniū exemplū habet mirabile, praeliū quo Sybaris deleta est, eo die quo gestum erat, auditū Olympiae. Nam Cimbricae uictoriae, Castoresq; Romani qui Persicam uictoriam ipso die quo contigit, nunciauerunt, visus, & numinū fuere praesagia.

Exempla patientiae. CAP. XXIII.

Patiētia corporis, vt est crebra sors calamitatū, innumera documenta peperit. Clarissimū in fe-

minis Leana meretricis, quae torta nō indicauit Harmodium & Aristogitonē tyrannidas: in uiris Anaxarchis, qui simili de causa cū torqueretur, praerosam dētibus linguā, vnāq; spem indicij in tyrāni os expuit.

Memoriae exempla. CAP. XXIII.

Memoria necessariū maxime vitae bonum, cui praecipua fuerit, haud facile dictū est, tā multis gloriae eius adeptis. Cyrus rex oibus in exercitu suo militibus noīa reddidit, L. Scipio populo Romano, Cyneas Pyrrhi regis legatus senatui & equestri ordini Romae postero die quā aduenerat. Mithridates duarum & xxx. gentium rex, totidem linguis iura dixit, pro cōcione singulas sine interprete affatus. *Charmidas quidā in Graecia, quae quis exegerat uolūmina in bibliothecis, legētis modo representauit. Ars postremo eius rei facta, & inuēta est à Simonide Melico, consummata Metrodoro Scepsio, vt nihil nō iisdē uerbis redderetur auditū. Nec aliud est aequae fragile in homine, morborum & casus iniurias atq; etiā metus sentiēs, alias particulatim, alias uniuersa. Ictus lapide oblitus ē litteras tantū. Ex praerupto tecto lapsus, matris & affinium, propinquorūq; cepit obliuionem: Alius egrotus, seruorum etiā: sui uero nominis Melsala Coruinus orator itaq; saepe deficere tentat ac menditatur vel quieto corpore & valido somno quoq; serpente computat, vt inanis mens quaerat ubi sit loci.

Laus C. Iulij Caesaris. CAP. XXV.

Animi uigore praestantissimū arbitror C. Caesarem dictatorem. Nec uirtutē constantiaq; nūc cōmemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quae caelo cōtinentur: sed propriū uigorē celeritatēq; quodam igne uolucrē. Scribere & legere simul, dictare & audire solitum accepimus. Epistolas uero tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare: aut se nihil aliud ageret, septenas. Idē signis collatis quinquagies dimicauit: solus M. Marcellum transgressus, qui undequadrages dimicauerat. Nam praeter ciuiles uictorias, undecies c. & xcij. M. hominum occisa praelii ab eo, non equidem in gloria posuerim, tantā etiā coactam humani generis iniuriam: quod ita esse confessus est ipse, bellorum ciuiliū stragem non prodendo. Iustus Pompeio Magno tribuatur d. ccc. xli. naues piratis ademisse. Caesari propriū & peculiare sit, praeter supradicta, clementiae insigne: qua usq; ad penitentiam omnes superauit. Idem magnanimitatis perhibuit exemplum, cui comparari non possit aliud. Spectacula enim edita effusasq; opes, aut operum magnificentia in hac parte enumerare, luxuriae fauentis est. Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi sublimitas: captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scrinijs epistolarum, iterumq; apud Thapsum Scipionis, concremassē ea optima fide, atq; non legisse.

Laus Pompeij Magni. CAP. XXVI.

Verū ad decus imperij Romae nō solū ad uiri uirius pertinet uictoria, Pompeij Magni titulos oēs, triumphosq; hoc in loco nūcupari: aequato non modo

*Carneades